

7  
libidini absorbit: sed rursus spes est de impudicis,  
et libidinosis corporibus: siquidem multa jam, quae in pigritia  
et ignavia fuerunt, tantos progressus in continentia  
fecerunt, ut neque signa veteris in continentia retineant;  
et ab omni iuga, et manula veteri propter reditum ad  
meliorē vitam liberata sint. Cum igitur ait Evangelium,  
quod publicani et meretrices praecedunt eos in regnum Coe-  
lorum, et cum Paulus: fide Sathab meretricis non perit  
cum incredulis, eorum substantia vel natura erant corpo-  
ra: si enim bona, quomodo fuerunt pigra, si mala  
quomodo temperata? si vero a pigritia ad temperantiam  
translata sunt, et aliquando quidem fuerunt pigra  
quandoque vero temperata, et potuerunt pigriari, et  
potuerunt temperare, id est, quod testantur mutatio.  
Soluta est natura. Ostensa est electio, et non est  
corpus substantia malum, quin potius electioni deser-  
vium, et minister electionis, et non natura, idque  
futurum, quod electio deseruit, ut sit. Cum enim  
mens disciplinae suscepta, amore disciplinarum teneri  
coepit, tunc corpus a motibus, qui illi sunt et provo-  
cant, solutum et expeditum, tranquillitate magni-  
facit, et qui actionibus deseruiat, non repugnat;  
cum vero desidia et mollitiae animum illicet, et  
tanquam dissolutio et mollitiae mentis existit, tunc  
perturbatio corpori adscribitur, et nihil aliud in-  
ter utrumque intermedium armitur: estque verum quod  
scriptum est, eue posui coram te mortem et vitam, eli-  
ge, quod vis, ut quod iustum est, qui elegerit ad u-  
tendum, de eo ratio in iudicio ab eo reproscatur;  
et non coactus ad aliquid, excusetur viri et  
necessitatem in eo, quod egit,

neque